Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXIIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

conuersus ad parietem fundit totus fontes lacrimarum ne aliquis percipiat suos dolores, et demum suas lacrimas astringendo et in suspiria crebra commutat, et sic deliberatione multa correptus tacite in mente sua vias plures exquirit quibus ad sue salutis possit beneficium peruenire. Mane strato igitur surgit, et suis famulis aquam petita faciem suam lauat, et suarum signa lacrimarum astringit.

Liber xxiiii in quo agitur de tractatu quem habuit Achilles cum Hecuba de accipienda Polixena in uxorem. R.

Adueniente igitur nocte diei ipsius cum adhuc treugua duraret, Achilles suo iacens in lecto totam noctem pertransit insompnem, cogitans qualiter ad Hecubam suum dirigat nuncium in secreto tractaturum cum ea, ut si eius filiam Polixenam uellet sibi concedere iugali federe matrimonii collocandam, et quod eam sibi tribuat in uxorem, ipse faciet et curabit quod totus Grecorum exercitus a Troie ciuitatis obsidione discedet, et sine Troianorum lesione in gratiam reuertetur omni scandalo quiescente absque alicuius contradictionis euentu. Crastino ipsius mane autem surgente quendam suum secretarium et sibi ualde dilectum uelociter ad se uocat, cui patefactis sui cordis archanis et iuramento sibi de eorum tacita occultatione fidei firmiter mandat illi ut ad Reginam Hecubam se dirigat in secreto cum data sibi forma mandati. Qui statim iussum domini sui fideliter obsecundans, se protinus accinxit ad iter et ad reginam Hecubam ueniens in secreto legationem sui domini fideliter pandit illi. Regina uero Hecuba que multa dilectione mergebatur, uerbis ipsius nuncii placido animo intellectis, licet multa suspiria pectore resoluisset, nuncio sic ad eius uerba respondit. Amice ad dominum tuum redeas et illi ex mei parte secure promittas quod quantum in me est leto animo sum parata quod eius impleatur ut res ipsa finem debitum consequatur. Necesse est me uoluntatem Regis Priami uiri mei et filii mei Paridis explorare, de quorum cum fuero certa omnia responsis, die tercia ad me reddire curabis responsum a me ut fieri poterit recepturus. Auditis igitur uerbis Hecube reddit nuncius ad Achillem, et nuncii sui audito responso in suis doloribus respirauit. Achilles dum uerborum spes exhilarauit animum, et sub ipsius spei fiducia quodammodo requieuit. Regina uero Hecuba Regis et Paridis habilitate captata in secreto refert illis uerba que sibi Achilles per nuncium suum misit. Quibus auditis Rex Priamus per magnam horam inclinato capite nichil dixit. Diuersimode cogitando super uerbis eius demum Regine Hecube sic respondit.

O. quam durum animo meo uidetur illum in animam recipere, qui tante inimicicie odio sic grauiter me offendit ut ab oculis meis lumen eruerit, Hectore interfecto. Ob cuius mortem greci presumpserunt audaciam contra me, in meorum exterminium anhelantes. Sed ut de incepto si qua sit forte grauiora uitemus ut saltem alii mei filii qui supersunt incolumes, et ut ego in meo solio a belli laboribus conquiescam, Inuitus assencio uotis suis, ita tamen ut ipse prius perficiat quod promittit ne forte sub alicuius dolositatis machina decipere nos intendat. Paris uero ubi Regis audiuit consilium Regis probat. et suum forte sic de finali concordia uult assensum. pro eo quod inter promissa ipsius Achillis helena consors sua non erat restituenda marito. Sed penes eum debebat perpetuo remanere. Die uero tercio succedente Achilles ad Reginam hecubam predictum nuncium misit. qui cum accessisset ad eam in secreto Regina hecuba sibi dixit. se a Rege priamo Rege suo et a paride nato suo super uerbis ab Achille missis habuisse responsum per quod placeat ambobus quod in sibi implere uotum Achillis sitienti, per primo sue promissionis debitum finali exequatur. Est ergo in eius potestate prius negocium uelle consequi uoti sui, dum tamen intimum donec res ipsa perfecta ualeat in secreto contineri geratur. Et sic nuncio data licencia redit nuncius ad Achillem cui cuncta que sibi dixerat hecuba fideliter patefecit. Achilles autem feruentis amoris nexibus alligatus dum pabulum percepit de pollixena non posse satisfactione uotis suis inuitus exagitatur in festinacione animi. Dum in mente sua anxiose reuoluit se Regi priamo graciam promisisse quam absolute non erat in sue plenitudine potestatis. Et enim mos est quorumpium omnium amatorum ut eorum presencie desiderio estuante magna quam impossibilia sibi in consulto calore promittunt. Putat tamen Achilles de suorum complicum gloria minorum sibi se amplius grecos iuuare negauit quod grecis sibi consenciat de recessu, et quod Troie obsidione deserta ad propria remeabunt. Propter quod reges et principes grecorum conueniente parlamento. Achilles ad colloquium conuocantur quibus conuenientibus. Achilles hec uerba proposuit inter eos. Amici Reges duces et principes uos omnes qui mecum una primus grecie secutam tamquam omnes principes in simul se opposuimus unde nos in consulte de liberacionis spes instigauit ut pro uni honore. uidelicet domini menelai uxorem recuperanda uidelicet domina helena dimissis Regnis nostris ab aliis lacrimosis. nostris etiam patria uxoribus quam nostris et filiis iterum accessimus alienam. pro cuius recuperacione iam fecimus prodigaliter tot grandes expensas personas nostras morti subiecimus et laboribus infinitis cum iam de nobilibus nostris et militibus fortibus et robustis multi sit morti

Quomodo Achilles amore polixene ad pacem fiendam

Oracio Achillis intuitus amoris

tradita qui forte nobiscum ad huc hodie i co
lumitate uigerent. et ego in multis uulnib;
iam receptis a me militu; mei cruoris īmisi;
et nō fuit michi dies q in morte hectoris re
cepi tale uulnus, ex quo numq̄ ampliꝰ pſe
uiuē credebā. Nūq̄d helena tanti p̄cij est.
q̄d p ei recuperacōe mori nobiles tot ɔtingat.
Sane fuit in diuisis mūdi ptib; tot nobiles
mulieres de quib; nō tm̄ una uerum duas plu
res ne pōt Rex menelaus sibi eligē i uxōē;
pro qua tot subire labores toti grecia necē
nō ēēt. nec ei leue est. Troianos sic deleui
posse deuica cū ipi fortissima hāeāt Ciuita
tem, q̄ infinitis pugnātib; militib; ɔpedita
bus ɔtinuā; et cū iam ex eis fortissimū
hectorē morti tradiderim et nobiles multos
ex eis pōt nob amodo habūde ne uiā sufficē
ut in honoris nri laude ad ppa reddeamus.
nec si dimittimus helenā irrecuperatā multu;
nob graue uideri pōt. cū de troianis soro
rē Regis priami penes nos habeam̄ ꝓ eo
nām cū helenā i nobilitate pfeci nō pōt.
Et sic Achilles suo colloquio finē fecit.
Set Rex Thoas. et menesteus dux Athe
nar in multor aliorū exp̄bracōe ɔtradicit
Achilli. Sicq maior ps Regum et p̄ncipū
Achillis ɔsilio noluit ɔsentire. Cum Achilles
iracundia multa motus. suis mirmidonib; suis
mandat ut ɔtra troianos amplius arma
nō eleuant nec g̃ns psumat auxiliū
exhibē. Intea aut in grecor exercitu; uictua
lia defecerunt. Unde fames int' eos maxia
est exorta. Cum Palamides ɔsilio delibato
cū omib; p̄ncipib; et maiorib; grecor exercit'
ɔueniunt in hoc ut Agamenone Regē
apud messem ad Regem Telephū cū
nauib; mittant. qui nauib; ipis omib;
reddeuntib; cū eor mari uictualiū
quantitate, a grecor exercitu depellat i opia
et g'a ipi magna gaudere ualeant ubi
tate. Agamenon nō iussa sui ducis
gentium acceptis apud messē cū pluris
nauib; se ɔtulit in continent et eodem
feliciter applicant. Rex Thelephus regē
Agamenonē cū multa iocunditate recep.
Et demū oneratis nauib; ipis i multi
tudinalium quantitate et alijs reb; comesti
bilib; et ad usum humanū felici nam
gio in grecor exercitū remeauit. Ibi i maxi
gaudio fuit receptus. Palamides sui
Regiminis curā hūs. omes grecor naues
que cū exercitu Troiam aduenerit in
tueri et reparari mādauit ut in reuersione
cōis eas ope posset salubrius gubnari
et eas i eor necessitatib; occurentib; habi
lius hēre paratas. Liber. xxv. de. x. bel
lo de morte deyphebi. Regis sarpedon
et Palamidis. R.